



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Regula I. de Reservationibus generalibus & specialibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

& Ordinationibus Apostolicis, non comprehendit Regulas Cancellariæ, nisi specialiter sit in derogatum; vel nisi ejusmodi derogatio fieret non per viam Rescripti, sed legis, quo casu per prædictam generalem clausulam Non obstantibus Constitutionibus censeatur derogatum istis Regulis Cancellariæ non facta illarum mentione, per ea que scribit Gemina. in cap. cum non deceat de Electio. in 6. Altera est, an per d. clausulam Non obstantibus Regulis Cancellariæ possint litteris Apostolicis, censeatur derogatum Regulis judicialibus notoriis, videlicet 34
 de Annas, Triennali, de Publicanis, de surrogandis, & similibus? Ad eam respon-
 dit Gomez, dicto loco censeatur derogatum Regula tam judicialibus, quam litterarum
 applicationem concernentibus, quibus gratia origo, vel effectus factio persona non in-
 terueniente impediretur: quia per dictam clausulam non censeatur sublata: licet
 non quibusdam Regulis dispositio Papa differatur, non tamen penitus tollitur, Ge-
 mina. in c. si propter num. 9. in fin. de rescript. nisi tamen in litteris diceretur
 Non obstantibus Regulis per quas nostra gratia impediri, vel differri pos-
 set. Quoniam certum est, de stylo Cancellariæ illud indistinctè servari, per d. clau-
 sulam non censeatur sublata Regula nisi earum expressa fiat mentio, atq; ad earum
 eorum in principio litterarum narretur: quod quidem limitat Gomez, dicto loco
 nisi in gratia vel supplicatione poneretur clausula generalis. Quarum tenores
 habentur pro expressis: nam tali casu censeatur dictis Regulis derogatum ex
 dictis. Nota in una Caurien. Canonicatus de anno 1538. & in una Ferrarien.
 Archiepiscop. 9. Julii 1535. ut & privilegii & indulg. quibuscumq; ut post Gra-
 tuam consil. 126. num. 7. lib. 1. Ripam ad c. 2. num. 55. de rescript. Mandos.
 ad regul. 19. num. 19. tradit Anast. Germonius tract. de Indultis Card. §. ac ir-
 ritum, & hunc esse Curia stylum asserunt Ant. de Bur. consil. 2. 10. Ant. ad cap.
 unicum de excess. prælat. Alex. consil. 216. col. 7. lib. 2. Felii. in cap. non-
 nulli num. 6. vers. addatis primò de rescript. stylus autem Curia servandus est,
 quia pro lege habetur cap. tam gravi, de crim. falsi, DD. ad cap. ex litteris de
 Contuet. Anast. Germonius d. §. n. 2. & 3. Marchesan. in tract. de Commil-
 lio & rescript. utriusq; signaturæ p. i. c. 5. n. 176. & sic facit jus universale etiam
 in partibus Jo. Gutierrez l. i. Canon. quæst. c. 33. n. 35. in fi. Nieol. Garcia tract.
 de ben. p. i. c. 5. n. 88. Jo. Petrus moneta tract. de Optio. canon. c. 8. quæst. 1.
 num. 10.

REGULARIUM
 CANCELLARIE
 ARGUMENTA
 IN REGVLAM I.
 ARGUMENTA

IN REGVLAM I.
 ARGUMENTA.

Constitutio Ad regimen, de | com. & Constitutio execrabili
 Prebend. & dig. in extravag. | god. tit. in extravag. Joannis 22.
 sunt

- sunt Constitutiones perpetuae.
2. Constitutio nova, re eadem cum antiqua, sed quae clarius disponit, superflua dici non potest.
 3. Statutum particulare quod alias jure communi statutum est quid operetur.
 4. Reservationes de quibus in dictis Constitutionibus ad regimen, & execrabiles, an sint generales vel speciales.
 5. Verbum generaliter debet aliquid operari, etiam in dispositione odiosa, & n. 7.
 6. Non est omnino idem quod habetur pro eodem.
 7. Reservationes de quibus in Constit. ad regimen, an sint temporales.
 8. Aucta est haec Regula per Clementem VIII. & Paulum V. & in quo?
 9. Beneficia per Scriptores Apostolicos acquisita post dimissum officium scriptoriae, an sint reservata stante quod dimisso officio designant esse Protonotarii.
 10. Reservantur beneficia quae conferuntur per ordinarios contra formam Concilii Tridentini, quod limita ut n. 11.
 11. Reservationis definitio.
 12. Reservationis divisio.
 13. Reservatio habens Decretum irritans quid operetur.
 14. Ordinarii collatio de beneficio reservato nihil prodest ne quis ad titulum coloratum ut nec immutatio illius auctoritate futurum.
 15. Papa dans facultatem conferendi Omnia & quaecumque beneficia non tamen includuntur reservationes si spoliatur non potest agere in lio.
 16. Possessio sive etiam deceptio beneficii reservati caret omni ad miniculo.
 17. Decretum irritans inficit titulum & possessionem.
 18. Opponens se adversus reservationem spoliari debet ad probandum in continenti de dicta reservatione. Item, quibus modis probetur Reservatio.
 19. Reservationes non admittuntur in Germania & Gallia.
 20. Vacante sede ordinarius conferat omnia beneficia etiam reservata.
 21. Reservationum 35, casus obiter enumerantur.
 22. Optio an habeat locum in beneficiis quomodo cumq; reservata.

REGVLAI.

RESERVATIONES GENERALES ET SPECIALES.

Imprimis Reservationes fecit similes illis quae in Concilio Foel. re, Benedicti Papae XII. quae incipit: Ad regimen con-

tenentur, & illas locum habere voluit, etiamsi Officiales in eadem Constit. expressi Apostolicæ Sedis Officiales ante obitum eorum esse desiderint quoad Beneficia, quæ tempore quo Officiales erant, obtinebant. Ac reservavit beneficia quæ per Constitutionem piæ mem. Io. Papæ XXII. quæ incipit Execrabilis vacant, vel vacare contigerit.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit quod facit Papa similes Reservationes illis quas fecit Papa Benedictus XII. in constitutione qua incipit Ad Regimen. Etiamsi Officiales esse desiderint, &c. Item reservat beneficia vacantia per Constitutionem Execrabilis, &c. Diceret quispiam ad quid fuit facta ista Regula, cum constitutio Ad Regimen, & etiam Execrabilis, reservent illa beneficia & illa Constitutiones sunt perpetua ergo, &c. Respondeo quia a ias ego quæsi in Cancellaria ab Abbreviatoribus de Parco majori: & dixerunt quod illa Ad Regimen, fuit aliàs Regula Cancellaria, sed certè istud est somnium: quia illa & etiam Execrabilis, sunt Constitutiones ad perpetuam rei memoriam, ut ibi dicitur, ergo &c. sed unus alius dixit mihi quod fuit hoc usitatum, ne viderentur sublata ille Extravagantes, &c. pro quo facit quod notatur in cap. pastoralis de fide instrum. per doct. & per Bald. in l. cum prolatis ff. de re judi. & ista aliquantulum placet. sed post hoc dicere quod quando Constitutio nova idem disponit quod antiqua, tamen clarius disponit, tunc etiam dicitur necessaria & non superflua ut vult Ang. in Auth. ut omnes obediant judi. in princ. col. v. pro quo facit gloss. in c. licet de elec. lib. 6. & sic est hic, vel aliter dico, quod licet aliquid sit statutum de jure communi, potest iterum statui etiam à statuto particulari ut tollatur facultas supplicandi. Item ut magis puniatur transgressor, ut est casus in jure canonico mihi notabilis in cap. nullus lv. dist. in princ. & sic est in casu nostro. sed non credo quod licet hic renoventur ista Constitutiones, quod mortuo Papa dicantur expirasse illa Reservationes ibidem contenta, cum sint Constitutiones generales & ligant, arg. cap. de Constitur. & l. leges C. de legi. Item non credo quod Reservationes ibidem contenta sint speciales tanquam facta per Regulas Cancellaria, ex eo quod hic approbentur. Nam licet Reservationes inductæ per Regulas Cancellariae sint speciales, tamen contenta in extravag. Ad regimen, sunt generales, ut dicit decis. Rot. CCC. xxxiiii. quæ incipit. Item si mandetur mihi provideri, & istud intelligo de Reservationem contenta in extravaganti Execrabilis. Et licet Jo. Matt. dicat quod hoc verum est de contentis in Extravaganti Ad Regimen quæ continentur in jure communi ut in cap. 2. & in cap. presenti de prebend. l. 6. alia dicit quod sunt speciales: tamen salva sui gratia decisio loquitur indistinctè.

C

Item

REGULA
ARINUM
NTARIA
IGILAS
LARI
OLICA
III
B

item dico aliud, si Regula dicat quod generaliter reservat Papa, &c. Et tunc dico illam reservationem generalem propter illud verbum generaliter quod etiam in dispositione odiosa habet aliquid operari: faciunt notata in cap. cum dilectus de consuetud. & licet Joannes Miles in verbo Reservatio dicat quod est generalis quantum ad verba, sed specialis quantum ad reservationem mentalem; tunc credo quod male dicat & sic practicat Rota, & hoc facit ad regulam infra positam, dicentem quod de generali reservatione debet specifica mentio fieri, &c. Item ad predicta facit verbum similes hic positum: quasi dicat quod non tollit Papa illas Constitutiones Ad regimen, & Execrabiles, sed quod facit similes, &c. & debet intelligi de non contentis ibidem, sed de aliis officialibus. Nam non est anomali idem quod habetur pro eodem ut est glo. notabilis in L. mercis appellata ff. de verbo. signifi. quam allegat Bald. saepe, maxime in cap. 1. de consuetudine recti Feudi, colla. 10. 3. 1. colum. ubi notat quod non est omnino idem quod habetur pro eodem, ergo &c. vel potest dici quod in eo quod hic additur videlicet quod etiam si desinant esse Officialibus, &c. tunc videtur quod ista Constitutio non sit superflua ex quo addit. Sufficiat ad hoc quod etiam notat Augustinus in dicta authent. ut omnes obedi. judi. &c. colla. 5. qui etiam subiicit quod si constitutio nova dicens idem quod antiqua, si addit, non obstant privilegia, &c. quod tunc non dicitur superflua. Sed quia vidi postea extravagantem Ad regimen. credo quod prima opinio sit vera: nam reservationes ibi contentae sunt temporariae usque ad obitum BENEDICTI XII. & hoc patet ex verbis in fine positis, ibi: coordinationi, dispositioni, ac provisioni nostrae donec divina clementia nos universalis Ecclesiae regimen possidere concesserit, &c. & ibi: auctoritate Apostolica reservamus, & hoc est clarum per c. si gratiosus de rescript. lib. 8. & per concordantias ibi, &c. & tunc mirandum est de decisione Rota quam superius allegavi, quomodo loquitur scilicet affirmando quod sit generalis reservatio sed quod Extravagantem Execrabiles, ubi dicitur sedis Apostolicae dispositioni, &c. reservamus, dicendum arbitror, quod superius dixi: aliquid tamen infra dicam de ambabus.

COMMENTARIA IOANNIS ACHOKLER

A *Ista Regula*) Haec prima INNOCENTII Regula non nihil aucta est per SIXTUM V. quem secuti sunt CLEMENS VIII. & novissime PAVLUS V. dum ultra Reservationes beneficiorum BENEDICTI XII. & JOANNIS XXII. de quibus in dictis Constitutionibus Ad regimen, & Execrabiles ampliationem hanc attexerunt: *Declarans nihilominus beneficia quae dictae Sedis Officialibus, qui ratione officiorum suorum huiusmodi*

ejusdem Sedis Notarii erant, etiam dimissis ipsis officiis, & quando-
 cumq; affecti fuerint, sub hujusmodi Reservationibus comprehendi.
 Et postea: Quam Constitutionem (Jo. xxii. quæ incipit Execrabilis)
 & reservationem sua Sanctitas iam ad Beneficia obtenta, quam
 ad alia quæcumq; de quibus Ordinarii, & alii Collatores contra Conci-
 lium Trident. decreta disposuerunt, & disponent in futurum extendit,
 & amplioris, & ea etiam beneficia dispositioni suæ reservavit, de
 quibus per prædictos Ordinarios, aut alios Collatores contra ejusdem
 Concilii Decretorum formam dispositum fuerit. Quæ quidem appen-
 dicula non habentur in Regulis aliorum Pontificum ante tempora Sixti v.
 & primam appendiculam adjecit, ad tollendum dubium de quo fuit
 actum in Rota una Hispanen. beneficii 14. Jan. 1572. coram Illustris-
 simo Cardin. Lancelloto, & habetur 1. part. divers. decis. 70. an nimirum
 scriptores Apostolici dimisso officio scriptoria definerent esse tales, &
 sic beneficia per eos acquisita post dimissum officium scriptoria non essent
 reservata per d. Extravag. Ad Regimen, & hanc regulam, in quo tunc fuit
 rectorum delivisse esse tales, & sic talia beneficia non esse reservata, à
 qua decisione postea recessit Rota in una Palentina scolasteria de Valladolid. 9.
 19. Aprilis 1574. Itaq; quòd has omnes difficultates tolleret Sixtus v. de-
 crevit sub reservatione cadere ejusmodi officia, ut rectè observavit Ni-
 col. Garcia tract. de beneficiis 5. part. cap. 1. num. 200. Quo verò ad secundam
 appendiculam, eò fuit adjecta, ut præter dictas Reservationes, etiam
 hæc induceretur, ob non servatam Constitutionem Pii v. de data 16. Maji
 1566. quam explicat Gonzalez Ad Reg. v. 111. Cancell. gloss. 6. juxta quam
 Cancellaria & Rota passim judicant, licet Brabantii illam non admiserint;
 quæ tamen Constitutio est conformis Concilio Trident. in cap. 18. Sess. 24. ubi
 sancta Synodus mandat curata beneficia provideri per ordinarios per con-
 sentium, de qua reservatione illiusq; restrictione vide Hieron. Gonzalem ad
 Reg. 8. Cancell. gl. 6. n. 111. 112. & seq. & n. 158. Adde Nicolaum Garciam d. p. 5.
 c. n. 209. ubi dictam Concilii Trident. Constitutionem exemplificat in
 beneficiis collatis non habentibus ætatem à S. Concilio requisitam, ut in
 specie c. 6. Sess. 23. & c. 4. Sess. 22. & c. 8. & 12. Sess. 24. de reformat. aut non ha-
 bentibus habilitates, & qualitates requisitas, ut in c. 10. Sess. 14. & d. c. 4.
 c. 12. & c. 18. vers. de cetero Sess. 23. & d. c. 8. & 12. Sess. 24. & c. 5. Sess. 25. de refor-
 mat. aut non secuta forma à Concilio præscripta ut in c. 18. Sess. 1. & c. 18. Sess.
 24. de reformat. aut contra dispositionem cap. 15. Sess. 25. de Reformation.
 &c.

Hæc tamen intellige, quando ordinarius sciens, aut scire debens (paria
 enim

REGIA
 ARVINA
 NTARIA
 GVLAS
 LARLES
 POLICE
 III
 B

onim hæc sunt in iure l. quod res ff. si cert. per.) disponderet de Beneficiis contra decreta Concilii, secus si per justum errorem facti, seu ignorantiam facti probabilem disponderet, ut quia facta debita diligentia existimantur provisum habere ætatem, aut alias qualitates à Concilio requisitas, &c. Nam ista Reservatio facta est in odium ordinariorum disponentium de beneficiis contra decreta Concilii, quod odium cessat tum, cum cessat causa ad c. 2. de Const. Nicol. Garcia de benef. p. 5. c. 1. §. 3. in fi.

B Similes Reservationes illis) Quoniam multiplices sunt Reservationum species, earumq; in his Regulis creberrima fit mentio, notabilia aliquoties pœnitenda, ut spero, lectionis præmittemus in gratiam tyronum, in dictas Reservationum species sigillatim ex dictis Constitutionibus BENEDICTI XII. & JOANNIS XXII, aliorumq; Pontificum decretis subnectam.

Exordiar itaq; ab ipsa definitione Reservationis, quæ talis est: Reservatio est alienius beneficii Ecclesiastici vacaturi per habentem potestatem ad se facta avocatio Aene. de Falcon. tract. de Reservat. quest. 1. Jacobi Simonetta eod. tract. quest. 1. Secundò, Reservationem aliam esse Generalem, aliam Specialem. Generalis est, quando sub una oratione plures intrucuntur reservationes; ut quando Papa reservat beneficia quæ tali modo vacabunt. v. g. quæ per ademptionem secundi, ut in d. Const. Execrabili, vel quæ in Curia vacabunt, vel beneficia officialium & familiarium Pape & Cardinalium, ut in Constit. ad regimen, Simonetta de Reservat. q. 2. Deniq; quoties reservatio est in corpore Juris clausa, vel per Extravagantiam inducta, aut per Regulas Cancellariæ ea generalis dici potest. Legibus l. 34. incip. statuto col. 5. vers. ad tertium istud Simonetta de Reservat. q. 4. num. 3. & 14. Specialis Reservatio ea est, quando certum corpus beneficii reservatur, non tamen pro certa persona, ut quando reservatur certum Præposituram, vel Ecclesiam Cathedrali suæ dispositioni, ut in cap. 3. tempore de Electio. in 6. Aene. de Falcon. dicto tract. quest. 2. quem latius ad deo.

Notandum Secundò, sive Reservatio generalis sit, sive etiam specialis habens decretum irritans, eundem fere operari effectum, ut probat. Mendos. in Rub. Cancell. quest. 4. & utroq; casu beneficia dicuntur vacare in d. xia glo. & DD. in Clem. 1. ut lite pend. Anast. Germon. tract. de Indultu Cancellariæ ex eo num. 5. Nec ordinarii collatio quicquam præstat, ne quidem collatum colaratum, adeò ut provisum per Ordinarios dicantur intrusi, sicut e. in nostra in fi. de Rescript. Simonetta de Reservat. quest. 48. & quemadmodum Collatio per Ordinarium facta de beneficio reservato non reperitur nec permutatio Aeneas de Falcon. de Reservat. 4. q. pr. 3. effect. Simonetta quest. 48.

In addit. num. 4. Renunciatio tamen beneficii reservati potest fieri in mani-
bus ordinarii, licet illud ordinarius non possit conferre: sed ad Papam re-
currendum sit pro collatione, Rota de renunciat. decis. 14. in antiq. in fi. & 4. eod.
in antiquo Simonetta de Reserv. quest. 46. Idemq; dicendum de permutatio-
ne Rota decis. 10. de renunciat. in antiq. alias 398. Granuscius in addit. ad Simonet. n. 3,
qua de re latius scripsi in tract. de perm. ben. p. 2. c. 3.

Tertio notandum Reservationis tantam vim esse, ut etiam Papa da-
ret alicui facultatem conferendi omnia, & quaecunq; beneficia, non tamen
includerentur reservata Rota decis. 3. de off. leg. in Nov. Gemina. in cap. si cui nulla
man. 8. de Prabend. in 6. Aen. de Falcon. de reserv. ben. effectu 6. Ratio est quod
requiritur specialis, & expressa mentio ad hoc, ut in concessione confe-
rendi beneficia, veniant reservata cap. 2. de Prabend. in 6. Anast. Germonius
de indult. Card. 8. etiam ex eo num. 2. qua de scripsi ad Reg. de Triennali
in glo. verbi videlicet in vacantibus. Idem etiam in expectativis: Reservatio
enim impedit expectantes: quia beneficia reservata non possunt per eos
acceptari, nisi etiam ad reservata expectativa concederetur Lud. Rom. conf.
160. inop. In proposito casu, Simon. tract. de reserv. ben. q. 41. per tot.

Quarto, hunc etiam effectum Reservationis esse, ut qui contra eam be-
neficium retinet, si spoliatur non possit agere spolio, ut tenet Rota decis. 16.
in No. inop. si contra agentem, & late docet Simonetta d. tract. de Reserv. quest.
40. per tot. & ratio est, quia possessio beneficii reservati non solum est
nulla, sed etiam detentio caret omni a dminiculo juris, Rota decis. 17. in No. Go-
nes. ad Reg. de annali q. Mandos. ad Reg. 1. q. 3. Mothedan. decis. 15. de Cassa poss. &
17. Si quidem decretum irritans quod in omnibus reservationum Regulis
apponi solet, non modo titulum inficit: sed etiam possessionem, praesertim si
a reservatio proponatur, quæ in corpore juris sit clausa, Ant. Faber. l. 1. definit.

Item si sit 2. defm. 21. opponens autem de tali reservatione ad impedi-
dam restitutionem sive aliud remedium possessorium admitti debet ad prob-
andum incontinenti de dicta reservatione Put. decis. 193. n. 2. l. 3. Menoch. do
Remp. poss. remed. 16. n. 453. licet autem collatio facta per Ordinarium de be-
neficium per Regulas reservato infecta sit, tamen percipiens fructus ex eo non
est inhabilis. Alios effectus Reservationis vide apud Aene. de Falco. d. tr.
de Reserv. & apud Jac. Simonettam. eod. tract. de reserv. Porro, quibus mo-
dis probetur ejusmodi Reservatio consule Mascard. tr. de prob. concl. 1277. n. 13.
& Edson. d. tr.

Quinto, Reservationes istas cessare in Gallia, & Germania teste Re-
buzio ad Reg. 4. Cancell. in pr. & Simonetta tract. Reservat. benef. quest. 1.
num. 3. quibus in locis plurimum Juriscons. auctoritate docent id ex eo pro-
cedere, quia habent facultates beneficia conferendi, reservationibus, &
expectativis non obstantibus, Galli scilicet à L E O N E X. Anno 1516. Ger-
mani

EGIA
ARIVNA
NTARLA
GILLAS
LARESE
OLICOR
III
B

mani autem à dicto Nicolao v. ut Bursatus ostendit *ib. n. 85 & seqq. de quibus Concordatis* latius scripsi infra ad Reg. VIII.

Sextò, Sede Apostolica vacante beneficia quovis modo vacantia etiam reservata Episcopus liberè confert: Reservationes enim regul. Cancellaria cum fiant ad beneplacitum Papæ expirant ipsius morte, nec impediunt tunc Ordinarium Collatorem *cap. Si gratiosa de prabend. in 6. Mandat. ad Reg. I. Cancell. quest. 1. & 10. Gonzal. ad reg. VIII. gloss. 12. quod intelligendum modo Papa tempore assumptionis ad summum Apostolatus apicem de illa beneficia & de quibus ordinarii collatores tum minimè dispoſuerunt, non reservaverit, ut diximus supra ad Proœmium n. 21.*

Nunc venio ad reservationum species quas compendiò referam et de istis constitutionibus Ad regimen, & Execrabilis, quas etiam sigillatim habes explicatas apud D. Gonzalem *ad reg. 8. §. 15.*

Prima igitur & præcipua reservatio est de beneficiis vacantibus in Roma seu apud Sedem *ut in cap. 2. de prabend. in 6. atq; hæc sola Reservatio dicitur in corpore Juris clausa teste nostro Alphonso ad Regul. de Translati. post. princip. & Anast. Germonio tract. de Indult. Cardin. §. per que saltem num. 34.* De his tamen beneficiis apud Sedem vacantibus Pontifex intra mensem à die vacationis providere debet, alioqui dicto tempore elapso valebunt collationes ab Ordinariis factæ potestate ordinaria, perinde ac si nulla unquam reservatio obstidisset *cap. statutum de Rescript. in 6. Ant. Forster lib. 1. definit. foren. tit. 2. definit. 32.* Quod verum est in vacationibus apud Sedem: nam in cæteris nullum est præfinitum tempus ad conferendum *En. de Falcon. 4. quest. princip. effect. n. 20. Gaspar de Perus. tract. de Reservat. quest. 5.* Mensis autem de quo supra incipit currere à die vacationis non scientiæ gloss. in d. c. statutum, verbo numerandum, Ant. Faber d. tit. 2. definit. 35. Itaq; reservatio ista non durat, nisi uno mense à die vacationis computando, quo elapso Ordinarii collatores illa conferre poterunt, quod sic interpretatur glossa in d. c. statutum: verbo per seipsos, vers. Papa enim, ut post mensem illum Papa etiam conferre possit si velit, quam diu res est integra, hoc est quam diu Ordinarii intra tempus à jure præfixum non contulerunt, & sic restrictio ad mensem non hoc operatur, quasi post mensem omnimodo excludatur Pontifex ut conferre non possit, sed hoc tantum (teste Pet. de Anchorano in d. cap. statutum) ut post hunc mensem manus Ordinariorum ulterius non censeantur ligatæ, qua restrictione non interveniente perpetuò mansissent ligatæ, *Wamef. consil. 239. num. 3. de Præb. & dig. vol. 1.*

Secunda Reservatio est de beneficiis consistentibus in Urbe, in quibus soli Papæ est reservata collatio, veluti Episcopo Romano *cap. si quis Episcopus 7. quest. 1. Enca, de Falcon. tract. de reserv. 2. quest. princip. num. 9. Mandat.*

ad Reg. 7. de qua reservatione vide Jo. Petrum Monetam in suo tract. de reservatione canonica cap. 3. quest. 3. Gonzalez ad d. reg. 8. glo. 13. in pr. & glo. 2. ubi tamen scribit non cadere reservationem in Ecclesiis titularibus Cardinalium, sed illos habere jus conferendi & ordinariam Jurisdictionem. his que ubi plenè Felii Abb. & Ant. de But. de Major. & obed. quod intelligendo sunt Cardinales in Urbe: nam in absentia solus Papa confert, ut dicitur infra Reg. 7. Nam licet tituli in Urbe sint, & eorum Beneficia ordinario ad Pontificis Max. veluti ad proprii Episcopi collationem reservationem spectent, ut tamen Pontifices ostenderent Cardinales sibi heredes & fratres esse, & ut eos suorum titulorum studiosos per residentem magis allicerent, plenior eisdem dederunt conferendi facultatem, ut dicitur in cap. his que Rom. Consil. 498. Hierony. Albanus Cardinalis in tract. de Cardinal. quest. 46. Anast. Germonius tract. de Indultis Cardin. §. Tam ratione, num. Quam tamen restrinxerunt Pontifices, dummodo in Urbe residerent; dicitur est, aliàs enim cadunt beneficia sub reservatione Regulæ VII. de paribi dicemus.

Tertia est de beneficiis vacaturis per obitum S. R. E. Cardinalium & officialium S. Apostolicæ, videlicet Camerarii, Vicecancellarii, Notariorum, Auditorum litterarum contradictarum & Apost. Palatii causarum Auditorum, Correctorum & Scriptorum Apostolicorum, ac Pœnitentiarii S. Sedis ac Abbreviatorum necnon Commensalium & aliorum quorumdam; Capellanorum Sedis ejusdem, ac etiam quorumcumq; Legatorum sive Nunciorum ac in terris Ecclesiæ Rom. Rectorum & Theaurariorum per Rom. Pontifices specialiter deputatorum seu missorum aut deputandorum, aut mittendorum in posterum ubicumq; dictos Legatos vel Nuncios seu Rectores aut Theaurarios antequam ad Rom. Curiam redierint contigerit, ut disponitur in dicta Constit. ad regimen, quæ per hanc Reg. renovata est, & per Constit. Julii III. incip. Sanctissimus Anno 1555. Anno 4. Pontificatus, de personis autem supratactis vide quo te remittit Gonzalez in d. gl. 51. n. 7. & seqq. & que dixi infra ad reg. III.

Antem officia Protonotariorum sint reservata consule Card. Seraphinum de reg. 1. n. 18. & Simonetam de reserv. q. 10.

Quartus casus reservationis est in beneficiis Familiarium & continuorum Commensalium Papæ, etiamsi non sint ex contentis in casu præcedentis ultra d. extravag. ad regimen disponitur in Reg. 3. Cancell. Qui sint autem veri familiares Papæ vide Flam. Paris. tr. de resig. ben. l. 2. q. 16. n. 36. & me ad d. reg. 3.

Quintus casus est in beneficiis vacaturis per depositionem, privationem translationem aut muneris consecrationis susceptionem, auctoritate Apostolica factas & sicudas ut in d. Constit. ad regimen, post pr. vers. Necnon per depositionem

EGLIA
 ARIVNA
 NTARIA
 GVLAS
 LARLES
 OLICA
 III
 8

tionem. *flam. Par. is. de Resig. ben. lib. 2. q. 16.* quod etiam obtinet vigore Concordatorum Nationis Germanicæ, ut notat Simonetta *de reservat. ben. q. 11. num. 6.*

Sextus casus est in beneficiis de quibus in concordia vel discordia electio vel postulatio fuit facta electio vel postulatio, quæ postmodum fuit casus seu repulsa vel renunciata admissa; reservatio, ut in d. *Extrav. Ad regimen. Necnon si forsitan Gomez. ad reg. de Triennali q. 13. n. 10.*

Septimus casus est de beneficiis vacantibus & vacaturis per promotionem ad Patriarchialium, Archiepiscopalem & Episcopalem Ecclesiam vel Monasteriorum regimina, item per assecutionem pacificam quorumcumque Prioratum, Dignitatum, Personatum, officiorum Canonicatum & aliorum beneficiorum auctoritate Apostolica provisorum seu provisoriorum, ut in d. *Extravag. Ad regimen. vers. Necnon etiam per assecutionem de qua v. Aen. de Falcon. de Reservat. quest. 2. princip. num. 12. vers. quæ est.* Jacob. Simonetta *tract. de Reservat. quest. 27.* Ubi P. Granucium additio ostendit promoti beneficia post consecrationem dundaxat esse etiam possessione necdum adeptæ. Quod non æquè dicendum est in promotis ad Episcopum titulare; quia illi non amittunt priora beneficia, nisi per adeptionem possessionis dicti Episcopatus per not. Achil. Graffis *decis. 2. de electio. qua de re dicam infra ad Reg. xxiv. de ben. vacant. per promot.*

Octavus casus est in beneficiis vacantibus per execrabilitatem juxta hanc extravag. *Execrabilis §. qui verò deinceps & §. quæ omnia & capit. multas de Præbendis.* Nempe quando quis assecutus fuit secundum beneficium incompatible cum primo, quia non solum vacat primum & est reservatum Sedi Apost. per d. *extravag. quæ quoque renovata est per hanc Reg. ut dictum est, sed etiam secundum, si istud statim non dimittit lectum tenere contendit, vel pergit retinere, idque ipso jure & sine ulla monitione ut nuper resolvit S. Congregatio Ill. Cardinalium Interpretum Concilii Trid. in cap. 4. Sess. 7. in uno qui sum parochiali Canonicatum orat assecutus: Huic enim obstat Decretum Concilii respondit dicta S. Congregatio Anno 1611. in Martio. quod intellige primo, juxta limitationem quæ posuit infra ad Reg. viii. glo. vii. in fine secundo quando possessio secundi beneficii est pacifica de facto, & de jure, *Mascard. de probat. concilii num. 12. Garcias tract. de benef. part. ii. c. 5. num. 105.* & cum commoditatum. Nam si finitus vel majoris partis secundi beneficii non percipit, nec percipere possit, non vacat primum *Garcias ibidem num. 123.* Sed adverte, quod nonnunquam S. Sedes ob bene merita personatum solet in his dispensatione solet adjici clausula hæc: *Et quoad dispensationem**

peritam dummodo fructus tam Parochialis Ecclesie quam Canonicatus & Præbendæ præactorum juxta illorum veum annum valorem non excedant quantitatem superius expressam, & dictus Orator apud dictam Parochialem Ecclesiam personaliter resideat, & nihil ex necessario & debito illius servitio & officio relinquat, ac pro illis diebus & horis, quibus majori Ecclesie prædictæ ratione illius Canonicatus & præbendæ hujusmodi non intervenierit, distributiones quotidianas amittat. In dispensatione verò retinendi Canonicatum cum Præpositura ejusdem Ecclesie, adjicitur hodie clausula hæc: Et de dispensatione retinendi Canonicatum & præbendam prædictos una cum Præpositura ad triennium tantum. Et cum Decreto quod Orator infra dictum triennium vel Præpositura aut Canonicatu & Præbendam hujusmodi quod maluerit dimittere, omninò teneatur, alioquin tam Canonicatus & Præbend. quam Præpositura hujusmodi vacent ipso jure. Sic in dispensatione retinendi duos Canonicatus in diversis Ecclesiis, hæc restrictiva adjici solet: Et ad biennium tantum; & quoad perceptionem fructuum Canonicatus & Præbendæ dictæ Collegiæ Ecclesie, exceptis distributionibus quotidianis, & cum decreto quod finito dicto biennio, Orator infra duos menses à fine illius computando, Canonicatum & Præbendam dictæ Collegiæ Ecclesie teneatur dimittere.

Potò, quibus modis probetur beneficii vacatio per affecutionem alterius consule Malcardum *ty. de Prob. Conclus. 183. per tot. quem vide.*

Nonus casus est in beneficiis exemptorum ab ordinariis & soli Sedi Apostolicæ immediatè subjectis *cap. ult. de Renunciat. An. de Falcon. dist. 11. q. 1. 46. n. 5.* Quanquam ejusmodi beneficia non esse reservata latè contendit Gonzalez *d. loco* quem sequitur Erasmus à Chokier frater meus in suo *de exemptio. à Juris. ordinarii l. 3. q. 28.*

Decimus de beneficiis de quibus Ordinarii, vel alii collatores contra Conc. Trid. decretum in *sess. 24. c. 18.* disposuerint & disponant in futurum, de qua reservatione, non nihil initio supra scripsi.

Undecimus, de omnibus Ecclesiis Patriarchalibus, Primatialibus, Archiepiscopalibus & Episcopalibus ubicumq; & quomodocumq; vacaverint *in reg. 2. Cancell. infra, ubi vide que scripsi.*

Duodecimus, est de Monasteriis virorum valorem annum 200. flor. aut communi extimatione excedentibus, *ut in ead. 2. reg. infra disponitur vers. Necnon omnia Monasteria* de qua quoq; reservat. in d. 2. reg. dicitur.

Decimus tertius, est de beneficiis vacaturis Sede Patriarchali, Primatiali, Archiepiscopali, aut Abbatiali vel alterius collatoris seu collatricis vacante per obitum aut dimissionem seu amissionem vel privationem usque ad promotionem vel provisionem successorum, & pacificam illorum possessionem adeptam; quando collatio seu dispositio ad quemlibet illorum vel

D

EGIA
ARVM
NTARIA
GVLAS
LARIAS
OLICA

III
B

vel illarum pertinet: dummodo non sit simultanea cum alio vel aliis, ut etiam ad alterius præsentationem vel electionem pertineat, ut in alia parte d. Reg. 2. continetur, & in constitutione 116. Pii V. quæ incipit *Sanctissimus de Anno 1567.* de qua v. Hierony. Gabrielem *conf. 197. lib. 1.* & Gonzalez ad Reg. 8. gl. 24. post pr. n. 7. & in q. 6. n. 3. & in gl. 45. §. 3. q. 4. & Ant. Fabrum *definit. foren. tit. 2. definit. 21. in addit.*

B Decimus quintus casus est de dignitatibus majoribus post Pontificales in Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis & Patriarchalibus, velorem annum 10. flor. excedentibus, necnon de dignitatibus principalibus in Collegiatis, ut habetur in R. g. 3. *Cancell. quæ postea fuit extensa per Julius 3. & alios ad dignitates etiam majores, &c. de qua reservatione vide prænotandum Glossographum, nostra Commentitia ad d. reg. 3. in pr.*

Decimus sextus casus est de Prioratibus Præposituris & alijs dignitatibus conventualibus ordinum quorumcumq; sed non militarium, ut dicitur in d. Reg. 3. *vers. reservavit etiam.*

Decimus septimus casus est de beneficiis familiarium & continuorum Commensalium S. R. E. Cardinalium quæ obtinuerint & obtinebunt (per familiaritatem durante) quamvis prius illa adepti fuissent, etiam si alia familiaritate per obitum dictorum Card. vel alijs recesserint, ut dicitur in d. Reg. 3. *vers. ac quacunq; beneficia de quæ reserv. ibi plura & in Reg. 23.*

Decimus octavus casus est de beneficiis quorumcumq; Collectorum quacunq; civitate vel Diocesi qui suo tempore officia exeruerant, & collectorem, fructuum, & proventuum Cam. Apostolicæ debitorum, dum videlicet beneficiis duntaxat quæ durante eorundem officio obtinebant, & in quibus seu ad quæ eis jus cõpetebant, ut probatur in d. reg. 4. *infra, ubi scribitur extrav. ad Rom. de præb. Caput q. decis. 138. p. Jac. Sim. tr. de Reserv. ben. q. 32.*

Decimus nonus casus est de omnibus beneficiis Curialium, quos in Curia Rom. transfertur, eo loci ubi Curia est decedere contigerit, ut in d. 5. *Canc. infra.*

Vigesimus casus refer. est de beneficiis Cubiculariorum & Curiorum in Sedi Apostolicæ, ut in Reg. 6. *Canc. ad quam v. Glossographum & quem ibi scribitur.*

Vigesimus primus & vigesimus secundus casus est de iis beneficiis Cathedralium de quibus in 7. Reg. *Canc.*

Vigesimus tertius casus est de beneficiis Germanicæ vacantibus mensibus. Jan. Martii, Maji, Julii, Sept. & Novemb. *juxta Constitutionem Sixti 5. de qua scribam ad Reg. 8. infra.*

Vigesimus quartus casus est de beneficiis receptis in confidentiam. Non vacant ipso jure & sunt Sedi Apostolicæ reservata per constit. 109. *Petr. incip. Intolerabilis de Data anni 1369. de quibus Constit. v. Nam. Part. 2. de confid. q. 7. & 58. & l. 2. de resig. q. 16. n. 28.*

Vigésimus quintus casus est de beneficiis vacantibus propter crimen hæretis per *Constit.* 29. Pii V. incip. cum ex Apostolatus de data anni 1566. & GREG. XIII. incip. in Ecclesiis : de qua Reservat. vide Simonett. d. tract. quest. 99. ubi tract. an ideo sint reservata in Germania hæreticorum beneficia ut Ordinarii in eorum mensibus illa conferre non possint ? & resolvit pro affirmativa, videlicet ordinarios in suis mensibus conferre posse, quibus argumentis eum videto: sed magis placet opinio negativa Gregorii Branden ad Concordata quest. 10. per tot. plura hac de re vide infra Ad Regul. VIII. gl. 7. 16. n. 18.

Vigésimus sextus casus est de beneficiis collatis per sonis prohibitis ratione alicujus particularis statuti à Sede Apostolica confirmati vel Concessionis aut privilegii veluti descendentibus ex sanguine infecto, vel ex genere aut stirpe de hæresi condemnato: nam tales collationes sunt nullæ, & remanent Sedi Apostolicæ reservatæ, ut in *Constit.* 66. GREGORII XIII. incip. in Ecclesiis de data anni 1580. de qua Gonzalez ad Regul. 8. Gloss. 4. num. 161. & seq.

Vigésimus septimus casus est de beneficiis vacan. in Abbazia S. Crucis Camaldulen. Diocesis Eugubina per *Constit.* GREG. XIII. 107. incipiente ad Apostolica Anno 1578. Anno Pontificatus 7. Nam illa Abbazia fuit unita Collegio Germanico in Urbe pro sustentatione nobilium Germanorum qui in dicta Urbe litteris ac Theologia assidue operam navant.

Vigésimus octavus casus est de beneficiis vacantibus per delictum offendentis litigantes in Rom. Curia, eorum Judices, Advocatos, Procuratores, testes & Notarios, ex *Const.* Alex. vi. de qua Puteus decis. 102. & seq. l. 1.

Vigésimus nonus casus est de beneficiis vacantibus ob non factam publicationem resignationis per *Const.* 87. GREG. XIII. de data anni 1583. de qua v. Nam. Paris. de Resig. ben. lib. 11. q. 8. n. 1. & ea quæ infra scripti ad Reg. de Publicandis.

Triges. casus est de beneficiis illorum qui seiplos pro aliis examini supponunt vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficiis, aut impetrant pro aliis, ut ab iis aliquid consequantur, vel quando pro seipsis beneficia impetrant cum intentione illa Resignandi, nam beneficia illorum vacant ipso jure & sunt reservata soli Sedi Apostolicæ ex *Constitut.* 33. PAULI IV. quam Constitutionem vide apud Hieron. Gonzalez ad Reg. 8. gl. 1. n. 89.

Triges. primus casus est de beneficiis collatis à Cardin. vigore suorum Indultorum, quando provisum intra sex menses à die sibi factæ provisionis computandos novas provisiones à Sede Apost. non impetrauerint, & jura Cameræ Apostolicæ & aliis propterea debita non persolverint; unde lapsis dicto tempore vacant ipso jure & possunt per alios à Sede Ap. duntaxat liberè

D 2

EGLE
ARIVNA
NTARDA
GVLAS
LARLAS
OLICA
EIPDC
III
8

liberè impetrari, dummodo provisi de legitimo impedimento non docturint, de qua reservatione vide Gonzalem *ad d. regul. 8. gloss. 51. num. 109. & seqq.*

Trigesimus secundus casus est de beneficiis litigiosis, nam quamvis beneficium litigiosum propriè non dicatur reservatum, tamen ad effectum ut Ordinarius non possit providere idem importat litigium quod reservatum. *Gonzales d. loco n. 111. Lancellotus de Arren. p. 1. c. 3. n. 99. & seq. quod singulariter limitandum est in beneficiis litigiosis per obitum vacantibus, nam in beneficiis impetratis propter crimen, beneficia non sunt litigiosa, sed per obitum accusata: unde beneficio colligatoris vacante per ejus obitum in manu Ordinarii, poterit Ordinarius liberè conferre. *Sim. de res. q. 10. n. 5.**

Trigesimus tertius casus est de beneficiis devolutis ad Papam, de quibus Flam. *Paril. de res. ben. l. 2. q. 16. n. 21.* quamquam ejusmodi beneficia non sunt reservata, non malè asserit Gonzalez *in gl. 51. n. 109.*

Trigesimus quartus casus est de beneficiis affectis de quibus idem *habet Gonzales d. tr. gl. 52. per tot.*

Trigesimus quintus casus est de Canonicatibus & Præbendis Ecclesie Metropolitane Cæsaraugustanæ, utpote quarum collatio in mensibus Januarii, Aprilis, Julii, & Octobris Papæ reservata est de qua reservat. vide eundem *Gonzalem d. loco. n. 116.* Atq; hæcenus dictum sit de Reservationum modis in quibus an cadat Optio Canonica videndus Jo. Pet. Moneta *Mediolanensis in suo tract. de Opt. canon. c. 3. q. 3. n. 41.*

C *De non contentis*) contrarium verius videtur Mandosio, asserenti contra in Extravaganti ad regimen comprehensa, repetita esse, id quod pluribus auctoritatibus & rationibus probat *q. 2. & q. 12. per tot.* cui adde *Andr. Germ. in tr. de Indult. Card. S. Si verò illa n. 2.* ubi scribit quod d. Extrav. confirmatur per reg. reservationis,

IN REGVLAM II.

ARGUMENTA.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Per reservationem nihil juris habet Ordinarius ad beneficia.</p> <p>2. An in expeditione litterarum sit facienda mentio reservationis, & quid in provisione consistoriali, n. 14.</p> <p>3. Valor 200. flor. de quo in regul. refertur tantum ad Monasteria, &</p> | <p>non ad alias Ecclesias in illis minaras.</p> <p>4. Quid si monasterium valetur & in camera micus sit taxatum an tunc erit reservatum?</p> <p>5. Quid juris si dignitates de quibus in hac regula vacent post mortem Papæ.</p> |
|--|--|